



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Decimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33333**

si cares tentationibus & persecutionibus, scias tum teum pessime agi. Nam hæc est persecutio maxima, si te sentias tam stupidum, tam durum, tam insensatum, ut nullis moueare persecutionibus. Sed nullum est melius speculum, in quo tuam necessitatem conspicerè possis, quam decem dei præcepta, in quibus inuenis quid tibi desit, & quid querere debeas. Itaque inueniens in te infirmam fidem, tenuem spem, & paruam erga deum amorè, sed & deum abs te non laudari, neque coli, sed propriam laudem & iactantiam diligi, hominum fauorem magni fieri, non libenter missam & sermones audiri, pigrum esse ad orandum, in quibus rebus nemo non deficit & errat, huiusmodi defectus debes pluris facere, quam omnia corporalia damna, in bonis temporalibus, fama, honore & corpore, ita ut etiam morte ipsa deteriores sint, & omnibus mortalibus morbis. Quæ omnia debes deo cum grauitate & religione proponere, conqueri, & auxilium petere, cum omni fiducia, hoc ipsum expectare, te exauditum esse, teque operè & gratiam imperaturum esse. Sic pergens ulterius in secunda præceptorum dei tabula, vide quæ inobediens fueris & adhuc sis patri & matri, & omnibus magistrantibus siue superioribus quomodo proximum tuum ira, odio, conuiuijs offenderis, quomodo te impudicitia, auaritia, & iniusticia, sed & verba & facta contra tuum proximum tentent. Tum enim haud dubie inuenies te omnium calamitatum & miseriarum plenum esse, & satis causarum habere, etiam guttas sanguineas lachrymari, si posses.

### DECIMO.

¶ Sed scio, multos esse tam stultos, ut talia nolint orare & petere, nisi prius se inuenerint puros, exultantes neminem in peccatis tacentem a deo exaudiri. Id quod totum faciunt falsi prædicatores, qui docent non a dei gratia & fide, sed a proprijs operibus incipiendum. En tu miser homo, fracto tibi crure, vel in discrimen aliquod corporalis mortis adductus, inuocas deum, hunc vel illum sanctum, non expectans donec conualescat crur tuum, vel periculum deserit. Neque adeo stultus es, ut cogites a deo neminem exaudiri, cui vel crus fractum sit, vel qui in periculum mortis venerit. Imo existimas, a deo te tum potissimum exaudiri, quando in maximo es discrimine & calamitate. Quare ergo hic tam stultus es, ubi inestimabiliter magis necessarium est, & sempiternum damnum, ut nolis prius pro fide, spe, amore, humilitate, obedientia, pudicitia, mansuetudine, pace, & iustitia petere, quam sis sine omni incredulitate, dubitatione,

Stultissima opinio diffidere in oratione propter nostra peccata, cum ipse sua veritatis causa exaudiat non ullius iustitiae nostræ respectu,

desperatione, superbia, inobediencia, impudicitia, auaritia, in  
iustitia, quum tamen quo magis te peccatorem in his rebus inue  
nis, eo magis & impensius orare & clamare debeas. Adeo cœci  
sumus. In corporalibus calamitatibus & morbis currimus ad  
deum, in animarum vero morbis procurrimus a deo, nolentes ad  
eum redire, nisi prius sani, integri. Quasi vero vsq̄ alius possit esse  
deus qui corpori, & alius qui spiri. ui medeatur. Aut nos nobis  
ipsis in spiritali calamitate, quæ maior est corporali, adiuuamen  
to esse velimus. Hoc diabolicum est consilium & propositum.  
Non ergo sic mi homo. Volens em̄ a peccatis sanari non est vt  
te a deo subtrahas, sed multo confidentius ad eum curras, & ores,  
quam si te corporalis calamitas & persecutio inuasisset. Deus em̄  
nō est inimicus peccatoribus, nisi infidelibus, hoc est sua peccas  
ta non agnoscētibz, conquerentibus, neq̄ auxilium in ea apud  
deum querentibus, sed sua ipsorum arrogantia & præsumptione  
sefe prius purgantes, eius gratia nolūt indigere, nō permitentes  
eum esse deum, omnibus tribuentē, & nihil vicissim accipientē.

#### VNDECIMO.

Missarum  
orationes.

¶ Hęc omnia dicta sunt, de oratione & proprię & publicę ca  
lamitatis. Sed oratio ad hoc præceptum proprię pertinens, & or  
pus diei festi appellata, est multo melior & maior soluenda pro  
vniuersitate totius Christiani orbis, pro omnibus calamitatibus  
omnium hominum inimicorum & amicorū, præcipue in vni  
uscuiusq̄ parrochia vel diocesi degentium. Sic em̄ S. Pau. S.  
Timotheo discipulo suo committebat, dicens. Obsecro igitur  
primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes,  
gratiarum actiones, pro oibus hominibus, pro regibus & om  
nibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranqui  
lam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Hoc em̄ bonum  
est & acceptum coram saluatore nostro deo. Similiter Hierem.  
29. præcipiebat populo Israhel, orandum esse deum pro ciuitate  
& regione Babylonia, ideo quod ciuitatis pax etiam ipsorū pax  
esset. Vnde Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonosor regis  
Babylonia, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut  
dies cœli super terram, & vt det dominus virtutem nobis, & il  
luminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodos  
nosor regis Babylonia, & sub vmbra Balthasar filij eius, & serui  
amus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eor  
um. Hęc communis & publica oratio est præciosa, & efficacis  
sima, propter quam etiam conuenimus. Vnde etiam templum  
domus orationis vocatur, vt ibi agminatim & nostras & oim  
hominum